



**Responsa De Ivre Canonico Præsertim Novissimo**

**Zype, Frans van den**

**Antverpiæ, M. DC. XLV.**

Resp. I. Ordinarius quædam in Regulares statuit, & executus est, quæ a iure permittuntur non obstante appellatione, & exemptione: quædam non sic permittuntur: quodnam erit officium superioris in ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73071](#)

irritum in rigore quamvis timorata conscientia fuerit obediens in punctis, in quibus iurisdictione non carebat Ordinarius. cum & piarum metum sit timere culpam, ubi culpa non est: & semper tribuere honorem, cui quomodo cumque debeat honor.

## De Appellationibus.

## RESPONSVM I.

*Ordinarius quadam in regulares statuit, & executus est: que à iure permittuntur non obstante appellatione, & exemptione; quadam non sic permittuntur: quodnam erit officium superioris in huiusmodi contentione?*

*S*upponamus executionem diuinorum suorum decreti diversa capitula continentis: iurisdictionem in regulares hinc in solidum asseri, inde ex parte negari officium erit etiam iudicis, ad quem causa ex prouocatione delata sit, distinguere, & cuique suum tribuere, vt leges & canones prescriperunt. c. Rainutius. c. Rainaldus. X. de testam. regula est, ut lite pendente nihil innoveret: atque adeo dum disceptatur super exemptione, par regula est; vt eadem litem seu appellat one pendente nihil innoveret. secundum distinctiones tamen c. cum personae de priu. in o. in fin. atq; adeo dum litigatur de decretis, ordinationibus, & statutis, à quibus appellatum est, sic enim in c. dilectus. X. de rel. dom. ubi Episcopi Abbatem suspendentis, seu monasterium interdicentes, sententiæ nullæ declarantur: si vel ante appellatum fuerat, vel monasterium probaretur exemptum; etiam si Abbas obedientiam repromisisset: defuper non tantum monasterium, sed & abbatem promittentem absoluendo. multi sunt tamē casus ubi nec exemptio, nec

appellatio executionē remoretur. iure ergo distinxerit iudex in quibus attentatorum reuocandorum Capitula regula; in quibus exceptio erit admissenda. multa sunt in hac rem iuris loca. c. ad presentiam. c. constitutus. c. significavit cum pluribus aliis de appell. c. signific. de noui oper. nunciat. c. venientes. de turciur. c. . . ut ite pendent. in 6. c. exhibita de iudice. & omnium instar sit c. non solum de appell. in 6.

*Capitula  
distinguenda.*

Igitur attentata post appellacionem irritat, seu irrita declarat ante omnia Index appellationis, ex cōmuni regula: vbi porr̄d leges aut canones appellari vetant, sed executionem indulget, non obstante appellatione, non ante omnia irritat; sed demū per deficituam; per exceptionē regula, sub exceptione sunt, que ad disciplinam regularē, vtiq; ex visitatione, atque ad clausuram pertinent: atq; alia passim ex veteribus canonibus, Conc. Trid. & Gregorij XV. constitutione instrutabili, ubi ille Pontifex non obstante exemptione Ordinariis tribuit iurisdictionem in casibus ibi expressis, etiam antē non concessis.

Non addit autem Gregorius XV. an remota appellatione de aliis ibi expressis statuere, & exequi possint: relinquunt ergo id iuri communis ex materia igitur id sumendum, & procedēdī forma, materia: ut quoad confessorum approbationes, & prædicationes decreta non obstante appellatione procedant. Trid. s. c. 2. f. 24. c. 4. correctiones excessuum aduersus regulam. c. 3. X. de app. c. irrefragabil. X. de off. ord. ex forma; vt si visitando notariū delicta, circa alia in d. Gregoriana expressa; non obstante appellatione exequantur; illud enim est priuilegium visitationis, & correctionis morum. Conc. Trid. f. 13. c. 13. f. 1. f. 22. c. 1. f. 24. f. 10. f. 14. c. 4. si compilato processu seu extra visitationem, & de non notoriis cognoscatur, nō idem obtinet. Sanctio pragmatica Clementis V. II. an. 1600 art. 9. relata apud Quarantamē summā verb. Archiepiscopi, authoritatis:

R E S.

*Quae appella-  
tionem,  
qua execu-  
tionem per-  
mittant;*